



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

28. An adtrictus sponsalibus iuratis, si postea emittat Religionis votum, possit adhuc contrahere matrimonium animo ingrediendi Religionem ante consummationem? Et an si votum Religionis emisisti ante ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

# De Sacram. Matrim. Ref. XXVI. &c. 345

eturum, quām illam in vxorem ducere. Sed torum hoc accidit in casu noltio, ergo, &c. Nota verò, quod quando Iudex desistere debet à conditione ob scandalii timorem, vt est in casu nostro, non est necesse, vt ad iuridicē sibi constet, sed sufficiant circumstantiae extrajudiciales. Ita contra Ledesma docet Pax Jordanus in Var. Elucubr. Tom. 1. l. 3. tit. 7. num. 203. Sanchez de Mar. to. 1. l. 1. cap. 20. n. 6. cum aliis.

11. Dicendum est itaque ex omnibus superius dictis, sponsalia posteriora, de quibus loquimor, esse obseruanda sunt; & sponsum habere instam causam à prioribus resiliendis, & ideo non posse cogi, nec excommunicari.

12. Primo, quia priora sponsalia fuerunt contracta cum impedimento dirimente, & absque conditione, si Papa dispensauerit, & licet postea fuerit obtenta dispensatio, tamen non fuit iterum renouatus consensus.

13. Secundo, quia posteriora sponsalia coniunctae fuerunt cum copula, ac ingens, & irreparabile damnum mulier pateretur, si priora firma remaneant.

14. Tertio, quia post prima sponsalia contracta, grauia dissidia, & capitales inimicitiae ortae sunt inter sponsos, ergo, &c.

diff. 55. n. 6. Coninch de Sacram. diff. 22. dub. 6. concl. 8.  
& Pontius vbi supra, n. 2. quibus ego adhæreo, quia si nulla fuit prior obligatio, non est quod conualeat.

## RESOL. XXVII.

*Vix ex matrimonio, valido dissoluantur sponsalia?*  
Et an dissoluto matrimonio, teneatur qui ita contraxit priora sponsalia implere? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 208. alias 209.

§. 1. Certeum est dissolui quoad eum, qui non contraxit matrimonium, difficultas est quoad eum qui contraxit. Pater Sanch. de matrim. tom. 1. lib. ... diff. 48. n. 3, affirmat in tali casu omnino dissolui, vt nulla prorsus maneat obligatio; ex cap. 1. de sponsa duorum cap. 5. c. 5. si inter se cap. 20. n. 6. cap. 1. qui fidem, de sponsalibus.

2. Sed negatiuam sententiam sustinet Basilis Pontius de matrim. lib. 12. cap. 15. num. 4. vbi docet obligationem sponsalium in calo, quo alter expectet, non extingui, sed suspendi, ita ut eo matrimonio dissoluto, teneatur priora sponsalia implere, quia obligatio nata ex sponsalibus in tali calo, non extinguitur iure positivo, nam in canonibus allegatis à Sanchez, tantum dicitur eum, qui post sponsalia contrahit matrimonium cum aliqua, debere manere cum illa. An verò extinguitur omnino obligatio sponsalium, non dissinatur, solùmque indicatur illum ea de causa non posse cum prima contrahere, quia iam impossibile est, contracto coniugio cum secunda.

Quod hoc  
lege §. vlt.  
Ref. prædicti  
tae.

Neque eriam extinguitur talis obligatio ex ipsa rei natura, quia quando priori vinculo supervenit aliud fortius diuersa rationis, vel aliud impedimentum, quo minus primum impletatur, non extinguitur, sed suspenditur. Ut cum quis votum Religionis emisit, & postea contraxit coniugium, & consummatum, non extinguitur voti obligatio, sed dissoluto matrimonio tenetur Religionem ingredi. Hec Pontius aduersus Sanchez, cuius tamen opinio his non obstantibus non caret probabilitate, quam nouissime sequitur Villalobos in sum. tom. 1. tract. 12. diff. 12. num. 1. 1.

## RESOL. XXVI.

*An si post sponsalia cum prima, sequantur sponsalia cum secunda una cum copula, dissoluantur prima?*  
Et quid, quando secunda secunda, que cognita est, & violata sub spe coniugij notabile damnum pateretur?  
Et notatur, quod quando ex aliquo casu cessant prima sponsalia, an secunda sint secunda? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 209. alias 210.

## RESOL. XXVIII.

*An ad strictus sponsalibus iuratus, si postea emitat Religionis votum, possit adhuc contrahere matrimonium animo ingrediendi Religionem ante consummationem?*

Et an si votum Religionis ante sponsalia emisisti, & faminam deflorasti sub fide adiuta de matrimonio, tenoris illam ducere, omisso voto?

*Eni sponsus, qui post sponsalia votum castitatis emisit, commitat aliquam culpatum?* Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 76. alias 75.

§. 1. Negatiū responderet, & peccate mortaliter. Ex Sanch. & Gutierrez docet Cast. Pal. 10. 5. diff. 1. punct. 16. n. 8. cō quod sic contrahens manifestissimum periculum te obsecere censeris; quod illud citum est, nisi aliqua causa gravi excusetur; qualis esset, si alia via non tibi pateat aditus securus Religionem ingrediendi; vel honori feminæ, aut pro bono confundiri non possit.

2. Verum non peccare mortaliter, in modo esse ei licitum ex Caiet. Ledesma, & Rodriguez docet Texeda in Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 237. Quia, qui voto Religionis adiutus matrimonium contulit,

Sup. hoc in  
fra lege do-  
ctrinam Re-  
fol. 15. 2.

Sup. hoc sig-  
nante ibi  
dem.

§. 1. Non dissolui putat Sanchez tom. 1. lib. 1. diff. 49. num. 5. nisi secunda secunda qua cognita est, & violata sub spe coniugij, notabile damnum pateretur; tunc enim posset index obligare ad contrahendum cum secunda. Ratio verò, quare in dicto casu non dissoluantur sponsalia, hæc est, at Sanchez, quia iniuria illata posteriori non auctor ius suum priori.

2. Sed in tali casu dissolui sponsalia ex parte viriisque, & cogendum esse ad ducendum secundam tenet Basilis Pontius de matrim. lib. 12. cap. 14. n. 4. quia quando duo contendunt, unus de duero acquirendo, alter de damno vitando, huic potius fauendum est, quam primo. Sed secunda secunda damnum patitur, & id agit, vt damnum evitet, prior verò vt lucrum acquirat. Ergo huic quam damnum passa est, fauendum potius, quam alteri, quæ nullum, vel leue patitur. Ad argumentum Sanchez respondetur, posteriorem iniuriam, & traditionem prævalere priori promissioni, est enim fortius vinculum, & strictior obligatio resaciendi iniuriam, quam vinculum primæ promissionis, & ideo prævalet, et si posterior. Hec Pontius aduersus Sanchez. Sed viri que opinio est probabilis, & cum Sanchez consentit nouissime Villalob. in sum. to. 1. tract. 12. diff. 12. num. 12. cum Pontio verò tenet Rebellius lib. 4. q. 8. sect. 8. num. 56. Coninch de Sacram. diff. 22. dub. 4. concl. 4. & ego.

3. Notandum est etiam hic obiter, quod quando ex aliquo casu cessant priora sponsalia, an seruanda sint secunda, dissentient Doctores, affirmat Courruias part. 1. de matrim. cap. 4. §. 1. n. 10. & Rebellius lib. 4. q. 8. sect. 8. concl. 1. & alij sed negant Sanchez lib. 1.

Quid hoc  
in Ref. seq-  
lege do-  
ctrinam  
§. 2. a

4.

contrahit, non peccat contra votum, & manifestum est: quia votum Religionis, seu castitatis, solùm obligat ad non contrahendum cum animo consummandi; alias nunquam esset licitum absque obtempera prius dispensatione eo animo contrahere, quod falso est, ut constat in eo, qui voto ligatus Religionis alter non potest votum suum implere, nisi prius matrimonium incundo, vt si perclusus detineatur, & timeat amittere vitam. Secundò, quia alias, si sententia horum Authorum esset vera, sequeretur, quod qui eo animo contraxit, teneretur postea non ingredi Religionem. Tertiò, quia nulla iniuria ex matrimonio hic contracta infert alteri coniugi, nec Sacramento: ergo, &c. Probatur antecedens propterraq; parte: nam, qui matrimonium contraxit, potest absque iniuria alterius ad Religionem transire: nam ex sententia omnium Doctorum, & est expressum in Iure, coniugis conceditur bimestre, intra quod possunt ad Religionem transire, relato statu matrimoniali: cùm enim Religiosus status excellentior sit statu matrimoniali in ipso contraktu matrimonij, aut sponsalium, clauditur conditio hæc, nisi alter sponsus velit ad Religionem migrare; & eadem exceptio subintelligitur in iuramento, cùm nemo presumatur contra id, quod est consilium euangelicum, jurare velle: ergo voto Religionis adstrictus sic matrimonium contrahendo, nullam iniuriam infert alteri coniugi: imò si aliqua esset, illa sequitur per accidens, cùm vovens vtratur iure suo. Quod etiam nec irrogetur iniuria Sacramento, ostendo: quia copula, seu matrimonij consummatio, non spectat ad substantiam eius: ergo bene potest stare verum Sacramentum matrimonij absque eius consummatione: & idē vtramque sententiam satis probabilem existimo. Sed stando in affirmativa, infertur contra Sanchez lib. 1, disp. 43, numero 11. & Gutierrez cap. 225, num. 3, licitum esse ei, qui sponsalia futavit, etiam nullo voto adstrictus, matrimonium contrahere cum animo ingrediendi Religionem ante eius consummationem: quia ex tali modo contrahendi matrimonium, nulla per se sequitur iniuria alicui, & alias ipse contrahens vtratur iure suo: in dī si quæ iniuria alteri contrahenti sequatur, illa est per accidens, cùm alter coniux possit, & teneatur prævidere, non obstante matrimonio inito, licitum esse alteri coniugi ad Religionem transire gratia melioris frugis, & meliorandi vitam, & statum: quod quidem etiam ipsi concessum est.

3. Sed, quid dicendum, si iuramento sponsalia firmata sint? Potestne iurans, sponsa deserta, Religionem ingredi? Negat Rebellius lib. 4, quest. 8, fct. 6, concl. 2. Sed mihi magis placet opinio Pontii lib. 12, cap. 10, num. 9. & aliorum, assertum posse: quia iuramentum sequitur naturam actus, cui adhæret, cap. Quemadmodum, de iure iurando, leg. fin. Cod. de non numerat pecun. At natura promissionis matrimonij, cui iuramentum adhæret, imbibit conditionem, nisi promittens velit Religionem ingredi; quæ conditio cùm non insit sponsalibus ex iure positivo, sed ex naturali, aut diuino priuilegio, nequit ab Ecclesia ab sponsalibus iuratur exclusi: si quidem sponsalia iurata exequi non est ita perfectum, ac est Religionis status: alias ex matrimonio rato iurato non esset licitus transitus ad Religionem, quod non est dicendum. Certum est tamen apud me, quod si votum Religionis emisisti ante sponsalia, & fecimina de floratu sub fide data de matrimonio; teneris illam ducere, omiso voto. Ita contra Nauarrum, Rodriguez, & alios tenet Layman lib. 5, tract. 10, part. 1, cap. 1, num. 4. Coninch disp. 23, dub. 3, concl. 6. & alij non ob promissionem præcise, sed ob traditionem

sui corporis tibi bona fide factam sub conditione, pacto matrimonij futuri, & sub illius spe: equitas proximi in Deum liberalis existas.

4. Et tandem quarum etiam hic obiter, an sponsalia votum emisit castitatis, committat aliquam culpam? Circa quanam difficultatem Sanchez lib. 1, de matrim. disp. 4, num. 10, Lyman lib. 1, Summa, tract. 10, de spons. num. 6, affirmanit plausibiliter, quoniam non liberari post sponsalia vobendo, castitatem ab aliqua culpa, & idē dicunt sponsalia post sponsalia votum castitatis emitendo, potest mortaliter, nisi vovendo intendat transire ad Religionem: & idē facientur, huiusmodi votum non esse licitum. Ceterum omnino affirmandum est Soto in 4. diff. 27. q. 2, art. 3. Contraut in Episcop. de sponsal. cap. 3, huiusmodi votum esse licitum, proinde sponsum sic vovendo aliquam committit culpam. Ratio est: quia huiusmodi votum est a meliori bono: ergo est licitum, nec proxime vobodo peccat. Nec obstat dicere, quod sponsus nequit vovere in præiudicium alterius ipsi poni, excepto vero Religionis: ergo, cùm votum castitatis sponsalibus superueniens praedictum alteri sponsi, nequit vellet, & abfque peccato fieri. Respondet et dictum quod in sponsalibus subintelligitur exceptio, si claudatur hac conditio, nisi aliter sponsus velit ad perficiendum vitam transire: & idē liberum est virtute coniugii votum simplex castitatis facere, aut allumer Ordines: quare sponsus illud votum emittens, nec alieno sponsu damnum infert, nec illicite facit, cum vovet iure suo, atque adeo nullo modo vovendo peccat.

### RESOL. XXIX.

*An sponsalia dissolvantur per solum ingressum Religionis, vel sit expedita professo?*  
Et an sit licitum Religionem ingredi post sponsalia, etiam iuramento confirmata? Ex part. 11, art. 26, alias 207.

§. 1. Prima opinio asserit, non dissoluti nisi per professionem. Sic Contrautius part. 1, de matrim. c. 5, n. 15. Nauar. in manuali, c. 22, n. 16, & lib. 1, quia re vera non est textus, unde colligitur ante professionem dissoluti, & alias ex natura rei non videtur dissoluti, cū possit maritus egredi, & impetrare sponsalia.

2. Secunda opinio distinguunt, sicut quod eum, qui in seculo renaret, sponsalia dissoluti, non verò quod illum qui Religionem ingreditur, quia si illa alter velit cum eo egrediente contrahere, tenetur. Ita Gabriel in 4. diff. 27 quest. 8, art. 1, fct. 6, & Rebellius lib. 4, quest. 8, fct. 6, & alij.

3. Tertia opinio est aliorum, qui docent sponsalia dissoluti solo Religionis ingresso, quod virum que. Sic Toletus lib. 7, cap. 26. Sanchez de marin, tom. 1, lib. 11, disp. 41, q. 1. C. 5, cum aliis penes ipsam. Omnes istæ tres sententiae sunt probabiles.

4. Notandum est hic obiter, regulariter, & soliter loquenda licitum esse Religionem ingredi post sponsalia etiam iuramento confirmata, dissolventur enim iuxta supradictas opiniones. Nec factum contraria cap. commissionem 16, de spons. vi, sive illud explicat Basilius Pontius de matr. lib. 12, c. 10, q. 5, q.

### RESOL. XXX.

*An peccet, qui contraxit sponsalia, si suscipit Ordines sacros?*